TRITEMIUS

DE PROPIET.

MONACHORUM

21
21

Zub 53
No 21

~~R 54 / 6 14~~

335/141

i19991034
i1999/332

De ꝓprietate monachorum dñi Johãnis tritemii abbatis.




Domg de Couis

¶ Diſertiſſimi ac deuotiſſimi abbatis dñi Johã
nis tritemii de proprietate monachorũ tractat⁹
pulcherrimus ⁊ per oĩa vtiliſſimus.

## ¶ Capitula libri.

fol. 1 ¶ Incipit liber de ꝓprietate monachoꝝ. ca.i.
De tribus votis ſubſtantialibus monaſtice reli=
3 gionis quibus oĩs religio innititur. capm.ii.
4 Quã periculoſum ſit votum nõ reddere. ca.iii.
5 Quod ius canonicum ꝓpriũ habere monacho
ſub grauiſſimis penis ſimpliciter iterdicat. c.iiii.
7 Ex dictis ſanctoꝝ patrũ ꝓbatur ꝙ peculiũ mona
cho penitus interdictum ſit. capitulum.v.
12 Utrum abbas monacho poſſit concedere pro=
prium. capitulum ſextum.
15 Contra excuſantes ꝓprietatis viciũ. ca.vii.
17 Quod ex ꝓprietate monachoꝝ multa mala ⁊ ꝑi
cula aĩarum ꝓueniant. ca.viii.
19 Quemadmodum monachi debeant habere ne
ceſſaria. capitulum.ix
20 Contra hoc ꝓprietatis vicium admonitio.ca.x.

Finis

Capitulum primũ/ſiue libri peroratio

OMnes ad vitam eternam ſine perſonarũ acceptione ſumus vocati/ omēs etiā illuc peruenire cupimus: ſed ambulare per anguſtam viam omnes formidamus. Dicit autem ſcriptura Regnum dei vim patitur et violēti rapiunt illud Anguſta ſiquidē eſt via que ducit ad vitam et pauci ſunt qui ambulēt per eam. Que eſt anguſta via? Propriam voluntatem propter dei amorem deſerere/ voluptates carnis nō amare mundũ et omnia que illius ſunt contemnere. Patientiam in aduerſis habere. iniuriam nō vindicare/ inimicis benefacere/ odientes ſe diligere/ diuitias terrenas cum affectu habendi derelinquere/ voluntariā paupertatem in hũilitatis ſpiritu diligere. Hec eſt anguſta ſemita/ hoc arduũ ſalutis iter/ hec via que ducit ad vitam eternam De hac ſentēcia dñs dicit Qui vult venire poſt me abneget ſemetipm/ et tollat crucem ſuā et ſequatur me. Crux noſtra fratres ꝓprie volũtatis abnegatio eſt. vt ſcdm ſpm conuerſantes carnis deſideria nō faciamus. Quid voluntatem nr̃am querimus ſi veri monachi ſumus? Ecce dei filiꝰ facere volũtatem ꝓpriam ꝓ noſtra ſalute noluit et nos ꝓthdolor maiorum imperio reluctamur Nunquid nō iſta eſt ampla via que ducit ad perditionē/ in qua omnes que ſua ſunt querunt non que ieſu chriſti. Si monachus es / vt quid voluntatem tibi vſurpas alienā? Enimuero poſtea ꝙ̃ iugo regule caput tuum ſubieciſti/ voluntas tua

non amplius eſt tua/ſed eius quem ducem ⁊ mo=
deratorem tibi prefeciſti. Jam itaq; miſſa manu
ad aratrū non licet tibi poſt tergum reſpicere/nec
voluntatē tuā debes cōſtituere/qꝛ viam dei angu
ſtam alius nemo in veritate graditur/ niſi qui car
nis cōcupiſcentie forti aīmo reluctatur. Beatus q̄
non abiit in cōſilio impioꝝ / ⁊ qui in via pctōꝝ non
ſtetit/nec poſt mundi vanitates ambulauit. Bea=
ti imaculati in via / q̄ ambulāt ī lege dñi. Felix hō
qui per anguſtum iter graditur/qui dñm ieſum ꝓ
poſſe imitatur/qui voluntatem ſuam intuitu ſalu
tis deſerit/qui contēpto mundo/ſe alterius impe=
rio ſubmittit. Et quāq; in ſeculo iſta poſſit haberi
conuerſatio. qꝛ tñ paucis hoc poſſe cōceditur/ pro
pterea nobis monaſtica religio a ſanctis perſua=
detur. Multis eñ occaſiōibus delinquendi vita ſe
cularis inuoluitur. Magnis terrenaꝝ ſollicitudinū
curis anxiatur/⁊ in bono ꝓpoſito ſtabilis. nūq; ꝑ=
mittitur. Hodie ſe ad dñm ꝓponit conuertere / et
cras de mūdi negociis cōpellitur iterū cogitare.
Quiſquis ergo oīpotenti deo in libertate ſpiritus
famulari deſiderat/ad tutiſſimū quietis portū ſe
conferat/⁊ contempto ſeculo rebuſq; mundi/collū
inſtitutis regularibus humiliter ſubmittat. Hec
ſumma philoſophia eſt xp̄m ꝓpoſſe imitari qui ī
euangelio dicebat Nō veni facere voluntatē meā
ſed eius qui miſit me patris. Oportet ergo volun
tatem chriſti imitari/omnē a ſe mundi huius ſub=
ſtantiam alienam facere et obedientiam euange
licam ſtudioſius obſeruare. Sic enim ipſe domin⁹

precipit Qui non renunciat omnibus que poſſi-
det/non meus poteſt eſſe diſcipulus Et iterum Si
vis perfectus eſſe/vende omnia que habes ⁊ da
pauperibus / et veni ſequere me et habebis the-
ſaurum in celis. Hec ſunt precepta eorum qui ſe
culo renunciant / qui in monaſteriis conſtituti vi
tam regularem obſeruant / qui in ſemitis obedi-
entie conuerſantur. Alia enim ſunt precepta
que dantur fidelibus communem in ſeculo vitã
agentibus / atq; alia mundi actioni renuncianti
bus. Illis namq; precipitur / vt omnia ſua bene
gerant/iſtis vt omnia ſua derelinquant. Illi p̄-
ceptis generalibus aſtringuntur / iſti precepta
communia perfectius conuerſando tranſcen-
dunt. Monachis vero qui ad perfectionem ten
dunt, non ſufficit omnia relinquere/ niſi etiam cu
rent chriſtum ſanctis moribus imitari. Que eſt
imitatio chriſti? Obedientiam colere / humilita-
tem et patientiam cuſtodire / caſtitatem amare.
Super omnia ſeruare charitatem. Ipſe chri-
ſtus humilitatis et paupertatis amator eſt. Imi
tatores igitur humiles/ac pauperes ſpiritu requi
rit. Hinc ad fidelem animam per prophetam di-
cit. In camino paupertatis elegi te. Et in euan-
gelio ad diſcipulos. Beati inquit pauperes ſpiri-
tu quoniam veſtrum eſt regnum celorum. Non
omnes beati ſunt pauperes / ſed illi duntaxat
qui in ſpiritu humilitatis et in animo contrito/
ſpretis omnibus chriſtum in itīnis ſequūtur q̄q;
veracit̄ dicere ad dn̄m p̄nt. Ecce nos reliq̄m⁹ oīa

et ſequuti ſumus te/hec autem gloriatio veris mo
nachis co̅uenit/qui contempto ſeculo penitus ſtu-
dent eſſe quod dicu̅tur.his ꝑfecto dn̄s ꝓmittit d
cens. Amen dico vobis omnis qui reliquerit do-
mu̅ aut pare̅tes fratres aut ſorores ⁊ cetera q̄ enu
merat centuplu̅ accipiet/⁊vitam eterna̅ poſſidebi
Enimuero quiſquis pro dei amore om̄s mu̅di va-
nitates contempſerit/ſeq; ad interne co̅templatio
nis dulcedinem co̅tulerit tanta̅ in his ipſis exerci-
ciis ſuauitatem inueniet. vt in eius co̅paratione ſe
nichil eſtimet dimiſiſſe. Qui em̄ ꝑ conſequenda e-
terna vita carnis ſue voluptates ardenti in deum
animo co̅tempſerit/ qui oe̅s mundi huius diuicias
celeſtiu̅ deſiderio inflammatus calcauerit/qui ſeip
ſum ſibi abnegans alterius imperio ꝓpter deum
vſq; in finem ſubmiſerit/habere centuplu̅ ſine du-
bio dignus erit. Enimuero poſtq̄ diuine conte̅plati
onis dulcedine̅ ſemel perceperit / nichil eſt q̄ eum
deinceps a ſancto ꝓpoſito retrahere poſſit. Vitaz
triu̅ dieru̅ ex egipto ꝑ deſertum ambulare ſcriptu
ra nos admonet/quatenus ad mo̅tem ſancte con
templationis gradatim venientes in tranquillita
te mentis dn̄o ſ̄uiamus. Sic em̄ exodus h;. Dn̄s
deus hebreoꝝ vocauit nos. vt eamus viam trium
dierum in ſolitudine̅ ⁊ ſacrificem⁹ dn̄o deo noſtro/
ne forte accidat nobis peſtis aut gladius. his ver
bis monaſtice ꝯuerſationis ſu̅ma deſcribitur/dum
triu̅ dieru̅ iter ꝑagendum indicitur.

¶ De tribus votis ſubſta̅tialibus mona
ſtice religionis quibus omnis religio inni
titur. Capitulum ſecundum.

Rex egipti pharao ppl̄m dei vehemēter lu-
to quondam afflixiſſe legitur/dum eos fu-
gere de ſuo impio fruſtra meditatur. Rex
egypti dyabolus eſt qui fugientes mundum dolis
multis perſequitur eoſq; retrahere ad ſuū impium
meditatur. Egyptus eñ tenebre anguſtia ſiue tri-
bulatio interpretata dr̄ / per quā preſens ſeculum
deſignatur. Quiſquis ergo mundi huius tenebro
ſi negociis premitur habitare in egypto memorat
Sed mox vt mūdum fugere ac monaſtice ſolitudi
nis amena querere deliberat dyaboli tentamenta
quaſi pharaonis imperium durius portat. Uiam
triū dierū ambulare per deſertum ſpirituali deuo
tione nititur. ſed mūdi vanitatib9 irretitus ꝑ dya
bolum impeditur Nemo eñ facile de tenebris egy
pti poteſt exire niſi in manu forti et brachio extēto
Non oībus data eſt hec gratia vt mundum poſſit
cōtemnere et per mōtē triū dierū ad mōtem regu
laris diſcipline ꝑuenire. Multi eñ ſunt vocati pau
ci vero electi. qꝛ in egypto plures malunt lutoſi cō
ſiſtere q̄ in deſerti lumine habitare. Lata enim eſt
via que ducit ad perditionem et multi ambulant
per eam. Anguſtū vo iter pauci ambulant. qꝛ car
nis cōcupiſcentias plurimi amant ꝛ fugere de tene
bris egypti diſſimulāt. Beati vero illi cenſendi ſūt
quibus mundus iſte crucifixus eſt/qui carnē ſuam
crucifixerūt cum viciis et cōcupiſcentiis / quos de
egypto liberauit gratia xp̄i. ꝛ introduxit in montē
ſanctificationis ſue gaudentes. Uiam itaq; trium
dierum/ ex egypto ambulat qui ſpretis ſeculi pom
pis ſancte religionis heremū intrat/ ꝛ corpus ſuū

per obedientiam caſtitatem et ꝓprii abdicationeꝫ caſtigat. Prime etenī diei iter eſt oīa terrena ꝓ dei amore relinquere/ ⁊ nichil amplius de reb⁹ mū danis cogitare. Niſi enī ꝓpriū quiſqꝫ dimiſerit ad monaſtice vite conuerſationē inhabilis erit. Adeo quippe ꝓprietatis abdicatio ad ſubſtantiā religio nis ꝑtinet. vt ſine illa monachus dici nemo queat Venditis itaqꝫ rebus ſeculi/ diſtributiſqꝫ rite ī vſus pauperum ſecunde diei via per obedientiam cōti- nuāda indicitur. Hec in radice humilitatis figitur et in altum caritatis eleuatur. Quēadmodū per inobediētiam primoꝝ parentum omēs a paradiſi gaudiis cecidimus/ ita per arduū iter obedientie adiuuante dn̄o nos reſurgere debere ſcimus Nul la monachoꝝ ſine obediētia merita ſunt. ſine humi litate virtutes nulle. Quiſquis igitur egiptū fugi ens tenebroſum ad lucē claritatis eterne cupis ꝑ- tingere humilē obedientiā cura ſollicite cuſtodire Dicit enī ſcriptura Melior eſt obedientia q̄ victi- me et auſcultare magis q̄ offerre adipē arietum Hoc voto ſancte obedientie oīa includuntur q̄ ad obſeruātiam regularē pertinēt/ qm̄ quicquid in re gula precipitur per ſolam obedientiam adimplet Quicq̄d enī ſancti ⁊ honeſti per preſidentē mona cho iniūgitur in obediētia regulari ſolidatur. Hoc ſecunde diei iter pauci in veritate ambulant. quia facilius eſt ſua derelinquere q̄ ſemetipſum abne- gare. Ardua nāqꝫ via eſt alterius ſe voluntati ſub mittere et ſuam voluntatem penitus nō amare/ ſi- cut filii iſrael egyptum cum gaudio et leticia exe-

untes/ſtatim in deſerto contra dominū et moyſem murmurarūt/ita multi cōtemptis rebus ſeculi monaſticum iter cum magno feruoꝛe arripiūt / qui tamen contra obedientiam pꝛelatoꝛum plerūqꝫ grauiter inardeſcunt/ꝛ qui in libertate pꝛius poſiti cū hilaritate videbantur currere/iam ſub obedientia conſtituti de arrepto itinere inueniuntur penitere Sed omnes qui contra ducem in deſerto murmurabant in via deficiētes /terram repꝛomiſſam non introierunt. Hinc metuant monachi omnes qui ꝓpoſiti ſui executionē negligunt/ ꝛ iter ſanctum triū ſubſtantialium peragere contēnūt. Cadunt in ſolitudine moꝛtui, qui viuere in egypto videbantur Enīuero tercii diei iter quomodo poterit perficere quem conſtat in ſecundi via defeciſſe? Aut quādo caſtitas monachoꝛū apud diſtrictū iudicem poterit eſſe meritoꝛia ſi contēnatur obedientia? Tercii enī dici via/eſt caſtitas que nūꝙ in veritate acquiritur/ſi obedientia deſeratur. O quot hodie monaſtico vocabulo ſe exhibent/qui in cenobiis quidem coꝛpoꝛe cōſtituti ſunt/ſed animo ꝛ actione ſeculariter viuunt. Reſumunt peculium quod dimiſerunt Obedientiam deſpiciunt quam ſpoponderūt Caſtitatem violant quam ſolenniter vouerunt. Tria ſubſtantialia religionis ſue vota/tranſgredi non metuunt et ſe monachos eſſe gloꝛiantur. O vana religio in qua voti conſideratio nō habetur. Quid aurū et argentū cōgregat/qui monachū ꝓfitetur? Quid peculium o monache poſſides q̄ volūtariaꝫ vouiſti paupꝫtatē? Enīuero mōachꝰ nō ē q̄ diuicias

mundo poſſidet. Igitur contra hoc ꝓprietatis vicium nos loqui cōpellit occaſio que nota eſt his q̄ ad ſcribendum nos ꝓuocarunt. Multos eñ hoc morbo cōfectos religioſi nominis viros cernimus et dolemus

Quam periculoſum ſit votū nō reddere
Capitulum tercium

Audi o monache ingrate/ quid tibi diuina ſcriptura precipiat. Ait eñ Si quid dño vouiſti ne moreris reddere. Diſplicet ei infidelis et ſtulta ꝓmiſſio. Multo eñ melius eſt non vouere q̄ ꝓmiſſum negare. Quicquid igitur deo voueris redde. Uis noſſe quid illi ꝓmiſeris? Regulam tuam ſcd̄m quā viuere ſpopondiſti conſidera. Quid illa precipit? Audi ſūmariū Conuerſionem morum tuoꝝ ſcd̄m ordinationē tibi indicit monaſticam. Deinde abdicationem omnis proprietatis vſqꝫ ad acus valorē tibi mandat perpetuam obedientiāqꝫ atqꝫ caſtitatem tibi precipit. Et ſtabilitatem tibi ordinis vſqꝫ ad obitum continuandā imponit. Hec eſt ſumma ꝓmiſſionis tue. hec eſt neceſſitas monaſtice diſcipline / quā ſi temere tranſgreſſus fueris/ voti preuaricator eris Si vidua cōtinentiam perpetuam vouerit nubere ei de cetero non licebit. Si aūt poſt votum nupſerit/ contra ſe deū irritauit. Anteq̄ ꝓmitteret deo vt eſſet vidua in ipſius erat ꝑtāte nubere. Poſtq̄ vero ſemel cōtinētiam vouit/ iam deinceps libertatem nubendi penitus amiſit. Sic et tu monache anteq̄ deo promitteres obſeruātiam regularem/ liber eras/ poteras inculpate ſine voti ꝓmiſſione viuere ⁊ in via

mandatoꝝ dei ambulare Quis ad ꝓmittendum
deo te cōpulit? Nonne tui arbitrii erat quod vole
bas facere? Vox tua ligauit te deo / iam deinceps
nō es liber ſed ſeruꝰ ieſu xp̄i Promiſiſti/dei eſſe ce
piſti. Deus qd̄ ſuum eſt non vult dimittere /nec ho
norem ſuum alteri dare. Iam tibi non licet poſt re
ſpicere. Semel emiſſum dei votum non poteris re
uocare. qꝛ cū deo cauſam habes agere. Quid igit̄
vanis cogitationibus eſtuas. Ad quid de bono ꝓ
poſito male cogitas. Nō eſt ꝑfecto irritabilis deꝰ
Si ſanctum ergo propoſitum tuum violaueris / ſi
votum tuum temeraria preſumptione tranſgreſſꝰ
fueris nō habebit te deus in eo gradu quo antea
habuit ſed tanq̄ infidelem ꝓfugum et apoſtataꝫ
te iudicabit/quippe qui preſtitā dn̄o tuo fidem im-
pia preſumptione irritam feciſti Ad te igitur o mo
nache dicit deus. Quid me infideli ꝓmiſſione tua
irrides? Cur priſtina vicia repetis? Quare preſtitā
michi fidem īfringis. Ego tibi libertatem arbitrii
cōtuli Quis te cocgit ꝓmittere quod reddere nō
volebas. Nūquid neceſſitate te compuli/voluntas
tua ligauit te michi. pactū meū ſi violaueris / non
amicus ſed hoſtis eris Dum adhuc tu eſſes in ſeclo
eras quidem de familia mea/ſed non eras de mini
ſterialibus necꝫ de intimis ſeruitoribus. Queād-
modum enī princeps aliquis potens/multos qui-
dem in regno ſubiectos ſibi habens hoīes quoſdā
agroꝝ cultores/quoſdā vͦo paſtores āt alios quoſ
libet artifices ſiue operarios ex eis conſtituit/atqꝫ
ex his omnibus quoſdam ſibi fideles quotidie aſſi
ſtere facit/qui ſeipſos negligentes illi toto ſtudio

famulantur:ſic ego ex michi ſubiectis in fide/quos volo eligo/quos velut miniſtros intimos diligo et honoro Tu ergo q̄ ꝓmiſſa michi fidelitate/de multitudine meorum ad ſeruiēdum in conſpectu meo ſpontanea voluntate acceſſiſti/de intimis familiaribus meis eſſe cepiſti. Si michi deinceps in aliquo recalcitraueris/et fidem ꝓmiſſam fregeris/nō habebo te in eo loco quo habebam prius/ ſed īter inimicos infideles te cōputabo. Quanto enim per voti ꝓmiſſionē michi ꝓximus factus es/ tanto diſplicebis amplius ſi aliter vixeris ꝙ promiſiſti. Exigo nunc a te ꝓmiſſum/quod non exegi ꝓmittendum Monachus es/non niſi monachus ſaluaberis. Si aliter vixeris ꝙ monachus: veluti preuaricatorem federis mei cōdēnabo te. Si vero vſqȝ in finem michi fidelis permanſeris/magnꝰ in meo regno eris et cum omnibus ſanctis ineternum feliciter exultabis.. Uotum itaqȝ tuum conſidera o monache/ et cura ſolicite adimplere quod ꝓmiſiſti/ quia niſi regulariter in cenobio vixeris cum impiis portionem habebis. Sed q̄ꝛ de vicio ꝓprietatis loqui ſpecialiter intendimus/oportunum videtur vt ſtilum ad materiam dirigamus.

¶ Quod ius canonicum ꝓprium monacho ſub grauiſſimis penis ſimpliciter interdicat. Capitulum quartum

2 Deteſtabile ꝓprietatis vicium in monachis cupientes ꝓ viribus extirpare/ ſermonē iuris canonici atteſtatione cōprobemus/ vt dum auctoritate vniuerſalis eccleſie loquimur/nullam a peruerſis contradictionē patia-

mur.Tante em̄ auctoritatis ſunt decreta eccleſia=
ſtica.vt quiſquis cōtradicere illis preſumpſerit/nō
catholicus ſed hoſtis eccleſie iudicetur.Quicquid
ergo auctoritate eccleſie precipitur tanq̄ euange
lium ab oībus habeatur. Audi nūc monache qui
ꝓprium poſſides/quid vicarius xp̄i dicat in perſo
na eccleſie ꝓhibemus inquit diſtricte ī virtute ſan
cte obedientie ſub obteſtatiōe diuini iudicii/ ne q̄s
monachoꝝ ꝓprium aliquō poſſideat / ſ3 ſi quis ali
quid h3 ꝓprium totum incontinenti reſignet. Si
vero poſt hoc ꝓprietatem aliquam habere depre
henſus fuerit/regulari monitione p̄miſſa de mona
ſterio expellatur nec recipiatur vlterius/niſi peni=
teat ſcd̄m monaſticam diſciplinā. Quod ſi ꝓprie=
tas apud quēquam in morte reperta fuerit:ip̄a cū
eo in ſignū perditionis extra monaſteriū ī ſterqui
linio ſubterret ſcd̄m q̄ beatus gregorius papa in
libro dyalogoꝝ feciſſe legit. Unde ſi quicq̄ alicui
fuerit ſpecialiter deſtinatum/ nō preſumat illud ac
cipere/ſed abbati vel priori aut cellarario aſſignet
Hec ſūt vba eccl'ie q̄ ſanct9 papa innocēti9 terti9
q̄ ꝓpter ſciētie ꝓbatiſſime eminētiā lucerna iuris
merito vocitat in cōcilio gn̄ali ꝓmulgauit et in.c.
Cū ad mōaſteriū hn̄tur.⁊ i.c.monachi.d.f.Mōach9
q̄ peculiū hūerit. niſi ab abbē fuerit ei ꝑ iūcta ad
miniſtratōe pmiſſū:a cōiōe remoueat altaris Et q̄
in extremis cū peculio iuēt9 fuerit / ⁊ digne nō pe=
nituerit/nec oblatio ꝓ eo fiat nec int fres recipiat
ſepulturā Abbas aūt q̄ diligēt iſta n̄ curauerit/offi
cii ſui iacturā ſe nouerit icurſurū Hic attēdāt mōa
chi fallaceſq̄ ſn̄ admiſtratōe aliq̄ peculiū poſſidēt q̄

ſe apud deum in conſcientia ſecuros exiſtimant / ſi de abbatis licentia peccant. Dicit em̄ in cōſtitutione ſua vicarius chriſti. Nec eſtimet abbas q̄ ſuper habēda ꝓprietate poſſit cum aliquo monacho diſpenſare. qꝛ abdicatio proprietatis ſicut et cuſtodia caſtitatis adeo ānexa eſt regule monachali. vt cōtra eam nec ſummus pontifex poſſit licentiā indulgere. Quid adhuc excuſationes in pctis o monachi queritis qui cōtra regulā votū et decretū ſūmi pontificis ꝓprium poſſidetis? Quid falſam abbatis auctoritatem ꝓ excuſatione veſtra aſſumitis. q̄ ſummū pontificem nō poſſe diſpēſare cū monacho vt habeat ꝓprium auditis? Eniuero quod vicarius xp̄i ſe poſſe facere negat? hō non preſumat. Sicut abbas tuus tecū diſpenſare nō pōt. vt deo ꝓmiſſam caſtitatem violes / ita nec licenciā indulgere vt ꝓprium poſſideas. Prelatus ergo qui monacho cōtra regulam peculiū indulſerit votum ſuū violauit Caueat itaqꝫ ne preuaricatorem ſe regule conſtituat. ſi ꝓprium qḋ non lꝫ monacho cōcedat. Deniqꝫ ex ſeueritate indicte pene colligitur. quid de huius vicii grauitate cogitādum iudicetur. Non em̄ leui penitentia hec culpa corripitur / dum a cōione altaris remouet̄. Ceteroꝝ vicioꝝ penitētie per mortem ſaltem deficiūt / hoc ꝓprietatis vicium nō ſoluꝫ in hac vita duriſſima diſtrictiōe corripitur / ſed etiā poſt mortem terribili animaduerſione punitur. Et iuſta quidē huius ꝑuaricatiōis dānatio. Sane monachus qui in congregatione fratrū contra vnitatis normam ꝓprium aliquid poſſidet? ab eorum ſe conſortio facit alienum. Cum ergo viuēs ſuo vicio

concordiam fraternitatis impia preſumptione tur
bauerit.cum ſe ab vnionis obſeruantia voluntarie
diuiſerit/indignus eſt fraternā inter alios recipere
ſepulturam. Omnia vicia monachoꝝ leui quadaꝫ
miſeratione puniūtur ad arbitriū preſidentis. So
la ꝓprietas eſt que reū a cōmunione ſanctoꝝ tan-
q̄ mēdacē ſpiritui ſancto eliminat. Unde precipit
viuus de monaſterio ꝓici. ⁊ mortuus extra mona
ſteriū in ſterquilinio ſepeliri. Monachus itaqꝫ ꝓpe
tarius tanq̄ leproſus de congregatione fraterni-
tatis expellendus eſt / ne totum ouile ſuo deteſta
bili vicio cōmaculet. Nemo e fratribus illum ſuf
ferat nemo cōſcius viciū illius tam enorme diſſimu
let nemo reum occultet. Omnes vnanimiter zelo
diſcipline contra preuaricatorē inſurgant de con-
gregatione peruerſum incorrigibilē expellant. Oēs
de cōi periculo paueant. Meminerint quid contra
preuaricatorē acharū dn̄s ad ioſue ducē populi di
xit/et de ſimili caſu metuant. Non ero inquit vltra
vobiſcum donec conteratis eum qui huꝰ ſceleris
reus eſt. Sicut ergo precipiente dn̄o populꝰ iſrael
acharū lapidibus obruit. ⁊ ceſſauit cōtra eos indi-
gnatio. ita zeloſi monachi ꝓprietariū in ſua cōgre
gatione viuere nullatenus ſinant. ſed admonitum
prius incorrigibilem de monaſterio expellāt. Nec
videatur eis crudele ꝓfeſſum contumacem expel
lere. qꝛ minoris eſt dāni ſi vnus iduratus ſuo vicio
pereat q̄ vt totam cōgregationē exemplo peſſimo
corrumpat. dicit enim apoſtolꝰ. Impius ſi diſcedit
diſcedat Si quis tamen in hoc crimine incorrigibi
lis repertus fuerit/ad carcerem detrudatur donec

viciū ſuum recognoſcat ꝛ ꝓmittat emendationem Melius eſt enī ſi fieri poteſt vt clauſus in carcere peniteat/ q̄ȝ expulſus vagus ꝛ deſperatus per mū dum in ordinis ſcādalum diſcurrat. Oia vero que ad ſuſtentationē corporis neceſſaria ſunt mōachis per abbatem diſtribuantur/ qꝛ tunc eos ad obſer= uātiam mandatoꝝ regule abſqꝫ cōtradictiōe pote rit audacter cōpellere ſi de neceſſariis vite neque ant rationabiliter murmurare. Sic enī de primi= tiua eccleſia apoſtoloꝝ legitur. Erant eis oīa com munia. nec quiſquā eoꝝ aliquid habebat ꝓprium ſed dabatur ſingulis ꝓut vnicuiqꝫ opus erat. Qui cūqꝫ enī vitam eoꝝ voluiſſet cum fide xp̄iana aſſu mere/ vēdebat ſi quicq̄d habebat ꝓprium ꝛ p̄cium ponebat ante pedes apoſtoloꝝ. Ananias aūt ꝛ ſa phira qui cōtra inſtitutionē apoſtolice ꝯuerſatiōis peculiū poſſidere occulte preſumpſerāt/ duram per ditionis ſententiam exceperūt. Simili pena digni ſunt monachi/ qui reperti fuerint ꝓprietatis vicio delectari. Graue etenī crimē cōmittitur ꝓ cuius ex piatione/ offerri ſacra oblatio ꝓhibetur. Dānatōis certe ſententiam euadere non poterit monachus ꝓprietarius qui ſine penitētia ex hac vita deceſſe rit. Oēs itaqꝫ monachi adeo ſine ꝓp̄o viuere ſunt obligati/ vt nulla diſpenſatōe abbatis/ a voto pau pertatis queāt abſolui. Et de his quidem copioſa iuris pontificii poſſemus adducere teſtimonia niſi ꝓpoſituꝫ breuitatis/ nos cōpelleret ad alia feſtina re. Hec igitur ex iure ꝓlata ſufficiant. q̄d reſtat di cendum/ dictis ſanctorum patrum/ et regulis com probemus.

¶ Ex dictis ſanctorum patrum probatur quod pecu
lium monacho penitus interdictum ſit. Capitulum .v.

B Euoluamus omnium ſanctorum patrum ſcripta et regulas et nuſquam inuenimus monacho peculium vllatenus permiſſum. Omnes enim hoc vicium dampnant. Omnes proprium monacho prohibent/omnes in communi viuere/renunciantes ſeculo precipiunt. Et prio quidem ſanctum legiſlatorem noſtrum benedictum audiamus in regula. Dicit enim ¶ Precipue hoc vicium radicitus amputandum eſt de monaſterio/ne quis preſumat aliquid habere proprium nullam omnino rem. neque tabulas/neque codicem/neque graphium. ſed nichil omnino. quippe quibus nec corpora ſua habere licet in propria poteſtate Neque preſumat quiſquam aliquid dare aut accipere ſine iuſſione abbatis. Et poſt pauca/quod ſi quiſquam in hoc nequiſſimo vicio deprehenſus fuerit delectari/admoneatur ſemel et iterum. Si non emendauerit/correptioni ſubiaceat Sanctus quoque baſilius in regula monachorum dicit. Si quis ſibi proprium dicit eſſe aliquid. ſine dubio alienum ſe facit ab electis dei et a charitate xpi. qui docuit verbo/et opere compleuit. qui animam ſuam poſuit pro amicis ſuis. Si ergo ipſe animam ſuam poſuit / quomodo nos etiam ea que extra animam ſunt nobis vendicabimus? Si non acquieſcit monachus doctrine domini dicentis. Diligite inuicem ſicut et ego dilexi vos acquieſcat apoſtolo dicenti. auferte malum ex vobis ipſis/ne forte accidat vt modicum fermentum totam maſſam corrumpat. In admonitionibus quoque ad monachos idem baſilius dicit Quotidiano victu contentus eſto. et quicquid ſuperest tanquam impedimentum huius propoſiti procul abs

te. Multi enim per auariciam mortis periculum inci
derunt. Propter auariciam: achar cum ſuis omni
bus lapidatus eſt. Saul a dño factus eſt alienus/ꝛ
ad extremũ de regali culmine pulſus / ab inimicis
ſuis peremptus eſt. Alienũ te facito fili mi ab hoc
vicio/ꝛ volũtariã paupertatem libẽter amplectere
Jeronimus. Beatus quoqꝫ hieronimus dicit in normula virgi
num. Qui iam renũciauerunt omnibus que poſſi-
dent/ex voto ſub iuramẽti pollicitatione ꝓmiſerũt
nichil tẽporale nichil terrenum non ſolũ poſſidere
Augustinus ſed nec quidem appetere. Et ſanctus doctor augu
ſtinus in ſuo canone precipiens fratribus dicit. Nõ
dicatis aliquid ꝓprium. ſed ſint vobis oia cõmunia
et diſtribuatur vnicuiqꝫ veſtrũ a prepoſito veſtro.
victus ꝛ tegumentum. In antiquiſſima quoqꝫ pau
li et ſtephani regula dr. Nulli fratrũ liceat vel po-
mũ vel quodcũqꝫ olerũ aut cõdimẽtoꝝ vl aliud ali
quid ad vſus ſuos quaſi peculiari apparatu habe
re ne maligno detur occaſio. Et iterũ poſt pauca.
Nulli liceat vel veſtimentum vel calciamẽtum aut
tabulas vel cuiuſcũqꝫ rei paruiſſime tam nouũ ꝙ
vetus/nec quicꝙ quod alteri fratri datũ fuerit pꝛa
ua pſumptione contingere ad vtendum. Nec inter
ſe fratribus liceat. vt id qđ de cõmuni quiſꝙ accepe
rit niſi permiſſiõe abbatis cum alio fratre quaſi pe
culiari amore cõmutare. ne hac occaſione naſcatur
amor illicitus/ ſed vnuſquiſqꝫ quod ei caritatis di
ſtributione datur/hoc libens et bona voluntate ac
Pachomius cipiat. In regula quoqꝫ ſãcti pachomii legitur. De
inde inſtruendus monachus fieri cupiens/ ab eo q
preeſt patre. vt ſibi nichil reliquat niſi crucem chri

ſti quam teneat/et ſequatur dominum. Et in regu=
la ſanctorum patrum/que pactum monachorū di=
citur. Ante omnia habentes caritatem / humili=
tatem/patientiam/manſuetudinem et cetera que
docet ſanctus apoſtolus. ita vt nemo quicq̄ ſuum
vendicet ſicut ſcriptum eſt in actibus apoſtolorū.
habeant omnia communia. Et iohannes gerundē
ſis eṗs in regula monachorum. Quicunq; in mōa
ſterium ſuſceptus fuerit/ nō ſolum de ſubſtātia quā
intulit / ſed nec de ſemetipſo ab illa hora iudicabit
Nam ſi aliquid prius intulit fratribus. ipſi tamē nō
eſt licitum vt aliquid habeat ī ſua poteſtate. In re
gula etiam pachomii angelica /dicitur. Nemo in
domo et cellula ſua habeat aliquid preter ea que ī
cōmuni monaſterii lege precepta ſunt. Non tunicā
non laneam. non pallium. non pellem intonſis arie
tum lanis molliorē. nō nūmos quantūlibet paucos
nec puluillū quidem ad caput. Oreſieſus quoq; in
doctrina monachorum ſic loquitur. Vigilemus at
tentius et ſciamus qm̄ magnā nobis deus preſtite
rit gratiā per patrē noſtrū pachomiū vt renuncia
remus ſeculo et oēm ſollicitudinē mūdi et curas re
rum ſecularium ꝓ nichilo deponerem⁹. Que eñi no
bis occaſio relicta eſt vt habeamus quippiā ꝓpriū
a funiculo vſq; ad corrigiam calciamēti/cū habea
mus prepoſitos qui ꝓ nobis ſolliciti ſunt tā in cibo
q̄ in veſtitu? Liberi ſumus/iugum de ceruicib⁹ no
ſtris mūdane ſeruitutis abiecimus/ cur rurſum vo
lum⁹ reuerti ad vomitū nr̄m/⁊ aliq̄d hēre vñ ſollici
ti ſim⁹/⁊ qđ ꝑdere metuam⁹? Ad quos vſ⁹ ſuꝑfluū
palliolū/aut epule lautiores/aut mollior lectus/ cū

omnia in cōl'ſint preparata. et cruce xp̄i nichil du-
rius ſit? Sufficit nobis habere qd̄ hoi ſatis eſt. Tā
tam veteres obſeruātiā pauptati monaſtice adhi
bebāt/ vt pauciſſimis cōtenti/ paruiſſime rei ſuper-
fluitatem peculiū. et ob id dānabilem in monacho
penitus iudicarent. Hinc ſanctus pater colūban⁹
abbas in ſua regula p̄cipit dicēs. Monachis qbus
p xp̄o mūdus crucifixus eſt/ ꝛ ipi mūdo cupiditas
cauēda eſt. nimirū dum nō ſolū ſuperfluū eos hēre
dānabile eſt/ ſed etiam velle. quoꝝ non cenſus/ ſed
volūtas queritur. qui relinquētes oia et xp̄m dn̄m
cum timoris cruce quotidian⁹ ſequētes/ i celis hn̄t
theſauros. Ideirco dū in celis multa ſunt habituri
paruo et extreme neceſſitatis cēſu in terris debēt
eſſe contēti. ſcientes leprā eſſe cupiditatē mōachis
Ideo ergo nuditas et facultatum cōtemptus pria
perfectio eſt monachoꝝ. Scd̄a vero/ purgatio vi-
cioꝝ. Tertia perfectiſſima dei continuata dilectio
ac diuinoꝝ iugis amor/ qui terrenorum ſuccedit o-
bliuioni. Idem etiā in libro de quotidianis penitē-
ciis monachoꝝ/ ſic ſtatuit mōachus qui dixerit ſuū
aliquid ꝓpriū. ſex ꝑcuſſionibus emēdet. In eodē
volumine circa finem denuo ſic precipit Operis pe
culiaris preſumptio/ centū plagis emēdetur. Poſ
ſeſſio alicuius rei quā non neceſſitas gn̄aliter oib⁹
fratribus conceſſit/ amiſſione eiuſdē et cētum pla-
gis coerceatur. Et in regula yſidori dr̄. Monachis
aūt ſūmopere ſtudendū eſt vt aplicam vitam tenē
tes/ ſicut in vnū conſtituti eſſe noſcūtur/ ita vnum
cor habeant in dn̄o/ nichil ſibi ꝓpriū vendicantes/
nichilq̃ʒ in quātulūcūqʒ. amorem rei priuate gerē

tes/ſed iuxta exemplū apoſtolicū oīa cōmunia ha
bentes in preceptis xp̄i fideliter permanēdo ꝓfici
ant. In regula quoqꝫ fructuoſi ep̄i inter alia ſic p̄
cipitur. Nec quiſq̄ e monachis ſuuꝫ aſſerens dicat
codex meus/tabule mee et reliqua. Quod ꝟbum
ſi de ore eiꝰ effugerit/penitētie ſubiacebit/ne velut
ꝓpria quilꝫ in monaſterio habere videatur/ ſꝫ ſint
illis/ſicut ſcriptū eſt oīa communia. Hinc ī religiōe
nr̄a apud reformatos et regulariter viuētes vſus
obtinuit/vt ſuum dicere aliquid(etiā ioco)deuotus
nemo preſumat. Et in octauo capitulo idem fructi
oſus iterū ſic precipit. Nuditas et parcimonia cibo
rū et lectuloꝝ duricia amplectatur. Peculiaritas
in vtenſilibus aut in veſtimētis aut ī quibuſlꝫ rebꝰ
etiam viliſſimis et abiectis oīmodo vitetur qꝛ ab
ominatio mōachis eſt ⁊ infamiū quicq̄ poſſidere.
Munus deniqꝫ quodlꝫ ſiue ep̄las nemo monachꝰ
accipiat. Deniqꝫ in regula cenobii ſctī ferreoli ep̄i
et martiris decimo cap̄lo ſic ſcribitur. Illud etiam
ſtatui debere ꝓſpeximus/vt nullus monachorum
aliquid ſibi ꝓprium abſqꝫ ſocietate fratrū audeat
dicere/ita vt etiam in his q̄ ſua ſūt nichil amplius
credat ſibi iuris eſſe q̄ ceteris. qꝛ cū ſeipſum alteri
us ſubdidit ptāti/oīa ſecū in alienā ptātem tranſ=
miſit. Quicq̄d ergo ſecū reꝝ detulerit/ expetito cō
ſortio monachoꝝ/ac vbi corpori ꝯgregatiōis mem
brū factus adheſerit/ſtatim cognoſcat oīa in com
munionē trāſiſſe. Et hoc totū iudicet ꝓpriū quicq̄d
cum fratribus poſſederit īdiuiſū. In regula quoqꝫ
ſancti aureliani ep̄i.xxv.ca.dr̄. Nullus preſumat
quicq̄ ſuum dicere aut ſibi ꝓpriū vendicare/ſed ſe

cundum actus apłoꝝ ſint vobis oia cõmunia/ et ſit
vobis aĩma vna et coꝛ vnũ in dño. Et in regula ab
batis caſſiani dr. Nec qnicq̄ peculiare liceat mõa-
cho poſſidere ſed ita ſe nudatum ex oi parte cogno
ſcat/ vt pꝛeter tunicã/palliũ calciariũ vel matulam
ſuam nichil amplius habeat/ et nec verbo quidem
audeat dicere aliquid ſuum. quod magnum ſit cri
men ex oꝛe monachi ꝓceſſiſſe tunicam meam /co-
dicem meum/ tabulas meas/ graphium meum. et
cetera his ſimilia. Nam ſi huiuſmodi v̄bum ꝑ ſur
reptionem vł ignoꝛantiã de oꝛe eius effuderit. Di-
gna ꝓ hoc penitẽtia ſatiſfaciens / veniam petat in
terra pꝛoſtratus. Item in regula tarnatenſi capi-
tulo quartodecimo ſic legitur. Hec ſunt que in mo
naſterio conſtitutis ꝓ dei amoꝛe et timoꝛe cõuenit
obſeruare ꝓpter quod in vnum eſtis ꝓ timoꝛe dñi
cõgregati. Opoꝛtet vt in domo domini vnanimes
habitetis/et ſit vobis aĩa vna et coꝛ vnum in timo
re domini peruigilans/ nichilqꝫ vos habere ꝓpꝛiũ
reputetis/ſed ſint cuncta cõmunia que vobis abba
tis imperio diſpenſantur. Et in regula monachoꝛũ
oꝛiẽtaliũ dr. Inter omẽs fratres hoc obſeruabitur
vt obedientes ſenioꝛibus ſuis et deferentes ſibi in-
uicem habeant paciẽtiam/ moderationem/ humili
tatem/charitatem/pacẽ ſine figmento et mẽdacio
et maledictione/et v̄boſitate/ et iurandi cõſuetudi
ne. ita vt nemo ſuum quicq̄ vendicet neqꝫ vllꝰ ali
quid peculiariter vſurpet/ſed habeant omia com-
munia. Sed et ſine ſenioꝝ v̄bo et auctoꝛitate nullꝰ
frater quicq̄ agat/neqꝫ accipiat aliquid neqꝫ det.
Uigilius quoqꝫ dyachonus et abbas in. lxxxiii. ca.

ſue regule ſic loquitur. Si quid peculiare apud ali
quē īuentū fuerit grādi cū abbas ⁊ diuturna excōi
catione ꝯdēnet/vt illius exēplo deterriti oēs/null⁹
hoc audeat imitari. Et beatus ceſarius epiſcopus
arelateñ. in.xv.ca.regule ſue dicit. Nemo ſibi ali-
quid iudicet ꝓprium ſiue in veſtimento/ſiue in alia
quacūqȝ re magna vel parua. Aurelianus ep̄s in
regula ad moniales capi.iiii.ſic dicit. Nichil occulte
accipiatis ſed ſi quis ꝓpinquus aut amic⁹ aliquid
in veſtimento aut in auro vł aliud quodcūqȝ dede
rit aut trāſmiſerit/in ptāte ſit abbatiſſe. Et ſi illi cui
tranſmittiẗ neceſſe fuerit/tribuaẗ. Sin ꝟo illa nō in
diget/in cōmune redactū/cui eſt neceſſariū tribuaẗ
Item in regula ſerui dei ad ſorores.ca.xvii.ſcribiẗ.
Propri aliq̄d in monaſterio nichil eſt habendū. ſed
potius ꝓpẗ nomē dn̄i oīa ꝯtēnēda ſunt. Quid ei ꝓ
priū aliquid ſuū/ fidelis oīa de rebus mundi vēdi-
cet/cū mūdus crucifix⁹ eſt ⁊ ip̄a mūdo? Oia ergo
q̄ in mōaſterio h̄ntur ſint oib⁹ cōia vt nulla dare āt
accipe aliq̄s p̄ſumat ſine iuſſione abbatiſſe. Si q̄ ſe
cus fecerit regulari diſcipline ſubiaceat. Sȝ ne per
omēs veterū rłas diſcurrēdo tediū lectori ꝓlixior
ſermo pariat/ex dictis ſctōꝝ patrū iſta ꝓduxiſſe ſuf
ficiat. Oēs ei p̄ſci ⁊ noui mōachoꝝ cuiuſcūqȝ ordis
p̄ncipes/i hāc ſnīam vnanimiẗ ꝯueniūt / q̄ peculiuȝ
mōacho penit⁹ inẗdicūt. Hic dn̄s nr̄ apl̄is nō porta
re ſacculū neqȝ peram in viā precipit/ vt ex hoc ſuc
ceſſores eorum intelligant queādmodum ſine pro
prio in cōmuni viuant. Erubeſcat homo clauſtra-
lis/qui vitam apoſtolicā profitetur/in cenobio con
tra votū ſuū viuere/et ꝓpriū tot ſctis interdicētib⁹

aliquatenuꝫ poſſidere/quando monacho peculiuꝫ
vſqꝫ adeo illicitum eſt vt viuus et mortuus extra
cōmunionē oīm fratrum ſit ꝑcul remouendus / ſi ī
hoc vicio fuerit deprehēſus. Quā ꝑiculoſa in mōa
cho ſit ꝓprietas nemo ſatis exprimere pōt. Eniue-
ro periculū quod ananie ꝛ ſaphire peculiū retinen
tibus in corpore accidit/ꝓprietariis monachis in
aīa quotidie contigit Moriūtur vt plurimum ſine
vera pnīa/qui cōtra monaſticam inſtitutionē pecu
lium poſſidere non verentur. Exiſtimant eñ ſibi li
cere quod illicitū eſt ꝯſenſu ſuperioris. cū nec ſūmꝰ
pontifex licētiā monacho ſuꝑ ꝓprietate poſſit īdul
gere. Ve vobis ꝓprietariis qui votum vr̄m infrin
gitis/et iram dei contra vos ꝓuocatis. qm̄ leuius
habebunt fures et meretrices in die dn̄i ꝙ vos / ſi
morientes in hoc vicio fueritis deprehenſi. Nō eñ
ſimplex crimen in monacho cenſetur ꝓprietas/vbi
multa inunū crimina concurrūt Pactum cuꝫ deo
initū frangitur/votū ſolenne violatur / caritas fra
terne vnitatis ſpernitur/furtuꝫ ꝯmittit / ſacrilegiū
ꝑpetrat. Vn̄ auguſtinꝰ dicit in regula. Si aliquis
rem ſibi collatā celauerit/furti iudicio condēnetur
Ad quid monacho cuiuſcūqꝫ rei ꝓprietas/qui nec
ſui corporis ptātem hꝫ/permittitur. Aut quō alie-
nū audebit preſumere/cui de ſuo nichil lꝫ poſſidere
Quiſquis igitur bonus votiqꝫ ſui redditor inueni
ri deſiderat/ quiſquis in cenobio cōſtitutus ad cele
ſtem patriā anhelat/quiſquis inferni tormenta for
midat. aīam ſuam ab hoc vicio ſolerter cuſtodiat ꝛ
nichil penitꝰ cōtra monaſticā inſtitutionē poſſideat
Oīa vō que ad victum et amictū monachis neceſ

ſaria ſunt/per abbatem non in pecuniis/ſed in veſti
ſilibus miniſtrentur. Hinc ſanctus pater noſter bñ
dictus in regula precipit dicens. Oīa neceſſaria a
patre monaſterii ſperanda ſunt. Ab abbate igitur
neceſſaria ſperanda ſunt/nō ſupflua qꝛ vbi neceſſi
tas ad vſum monacho ꝑmittitur / ſuperfluitas vt
crimē condēnatur. Neceſſaria itaqꝫ monachis ab
bas ꝓuideat/ſuperflua interdicat. Nec ſecurum ſe
credat monachus / ſi abbate ꝯſentiente ſupfluum
habeat. Cū ſicut mōacho hr̄e ꝓpriū interdicitur
ita cōcedere non neceſſaria abbas ꝓhibet. Et mo
nachus ſi rem aliquā non ſibi neceſſariā nimia im
portunitate ab abbē ſuo extorſerit. Valde ſibi me-
tuendum eſt/ne tanq̄ ꝓprietarius inde corā deo iu
dicetur. Nichil enī habere dꝫ monach⁹ cōtra regū
lā/nichil ꝯtra abbatis volūtatē. quippe qui ſuū ni-
chil penitus eſtimare ꝑcipit/cui velle et nolle p oīa
denegat. Quicūqꝫ ꝟo aliquid hꝫ qđ abbatē ſuum
latere deſiderat/ꝓprietatis viciū in pectore clauſū
portat. Sed de his hactenus.

## ¶ Utrum abbas monacho poſſit conce dere ꝓprium. Capitulum. vi.

QUod monacho ꝓpriū habere oīno non lice
at/multis ſanctoꝝ teſtimoniis ꝓbauimus/
reſtat nunc vt ad ſequētia ꝓcedamus. Et
primo q̄dem nobis querendū eſt/ vtrū in abbatis
ſit arbitrio cū monacho de peculio diſpenſare. Ad
hanc queſtionē/ ꝟbis ſummi pontificis in principio
huius operis reſpōdimus. vbi teſtimonia iuris ca-
nonici in mediū deduxim⁹. Sic enī papa dicit. Nec
eſtimet abbas q̄ ſup habēda ꝓprietate poſſit cum

aliquo monacho diſpenſare. qz abdicatio ꝓprieta
tis/ſicut et cuſtodia caſtitatis adeo eſt annexa re-
gule monachali/ vt cōtra eā nec ſummus pontifex
poſſit licētiam indulgere. Soluta eſt q̄ſtio/ et nega
tiua neceſſario ꝯ̄ra cōceditur. Nūc ergo in q̄to pe-
riculo ſint cōſtituti abbates negligentes. iſta conſi
derent qui contra regulā ꝛ ꝓhibitionē ſummi pon
tificis ꝓpriū ſuis monachis indulgēt. Nō eſt maior
ptās q̄ ſummi pōtificis in eccliā. qm̄ qđ ille nō pōt
abſoluere/nemo alius poterit liberare. Cur igitur
o abba teipm̄ decipis. cur altiora te et penitus illi
cita preſumis? Quod papa facere ſe poſſe ↄ̄negat
tu qua temeritate vſurpas? Ecce cū monacho ↄ̄tra
inſtitutionē monaſticā diſpēſas vt habeat peculiuꝫ
cum id facere non poſſe audias pōtificem ſummū?
Quē teipm̄ facis? Nūquid tu maior es vicario xp̄i
Quotienſcūqꝫ monacho cōcedis ꝓpriū/totiēs fau
torem te conſtituis viciorꝝ. Quēadmodū preſumis
alteri concedere/qđ tibi/ſub eadem lege conſtituto
minime licet poſſidere? Enimuero conſtitutis in ceno
bio ꝓprietas oībus interdicit/dum in cōi viuere p̄
cipiuntur. Neqꝫ eī̄ de cōitate abbas excipitur. q̄
non dn̄s ſed diſpenſator rerum monaſterii cōſtituit
Oim itaqꝫ fratrum ſuorꝝ miniſter eſt. vt vnicuiqꝫ ſe
cundū neceſſitatē de cōi ſubſtantia tribuat. dn̄ꝫ ꝯ̄o
rerū neminem penitus cōſtituat. Si ergo mōacho
indulſerit ꝓprium iam nō diſpenſat illi neceſſaria.
ſed dominū eum conſtituit ſubſtantie aliene. hoc re
gula ſancti benedicti ꝓhibet/que abbatem diſpen
ſatorem recipit non dn̄m. Sanctus autem benedi
ctus abbatem ſub regula eſſe precipit dicens. Oēs

magiſtram ſequantur regulam nec temere ab ea
declinetur ab aliquo. Qui oēs ſub regula cōſtituit
ꝑfecto abbatem nō excepit. Deniqȝ in capitulo de
abbate ſic loquitur. Ideoqȝ abbas nichil contra p̄
ceptum dn̄i (qđ abſit) docere debet aut conſtituere
vel iubere. ſed iuſſio eius ⁊ doctrina fermentum di
uine iuſticie in diſcipuloꝝ mentibus cōſpergat Ab
bas aūt qui monacho indulget ꝓpriū/facit contra
preceptum dn̄i dicentis. Ois qui nō renunciauerit
oībus que poſſidet non poteſt meus eſſe diſcipulus
Non ſeducat te abba male intellecta ptās. tibi re-
gula certos limites ponit quos tranſgredi nemini
licet. Ecce monachi tui: vt fierent diſcipuli dn̄i ſub-
dentes colla regule oībus renūciarunt/nō licet eis
quod dimiſerūt repetere/neqȝ ꝓprium vllaten⁹ poſ
ſidere. Si male preſumptioni conſenſum dederis/
ſi ꝓprium monacho conceſſeris contra preceptum
domini. contra regulam ſancti benedicti. contra de
creta ſanctoꝝ patrum. contra votum tuum facere
conſentiens. damnationi ꝑpetue te obnoxium red
dis. et ex ſeruis dn̄i atqȝ diſcipulis. mancipia facis
idolorum. Cupiditas em̄ ſeruitus idoloꝝ deſcribit
q̄ cū in ceteris ſit dānabilis in monachis precipue
eſt criminalis. Oīm clauſtralium in hoc regula cō
ſentit. vt nulli penit⁹ inter eos liceat aliqđ habere
ꝓprium. ſed ſint eis omnia cōmunia/ et diſtribuant
vnicuiqȝ ab abbate quod neceſſariū eſt. Quicūqȝ
hanc monaſtice cōmunitatis regulam violat/ ꝓcul
dubio ſe extra nūerum electoꝝ locat. et ſua ſe teme
ritate grauiter dānat. Nunquā em̄ monaſtice ob-
ſeruantie puritas integra poteſt cōſiſtere/niſi om̄s

in cõi ſtudeãt conuerſari. Eniuero dum vnuſquiſq₃ cõmodum ſuum temporale cogitat/caritas fraterna exulat. Humilitas monaſtica perit obedientia regularis vacillat. Nuſq̄ eñi in religione ſecurius viuitur/q̄ ſi vnitas p oīa ſeruatur. In quolibet cenobio prelatus vnus ex regula conſtituitur a quo neceſſaria monacorum oīa requirantur. Caueat itaq₃ diſpenſator ne limites commiſſionis ſue in diſpenſando neceſſaria confratribus excedat/ne vel infidelis exiſtat. memineritq₃ ſe miniſtrum rerū monaſterii eſſe/nõ dñm. Idcirco ſicut ꝓprium aliis nõ poteſt concedere/ita nec ſibi peculiū vllatenus vſurpare. Diſtribuat ſingulis neceſſaria/nulli vero concedat/nec ſibi quidem ſuperflua. Monachi eñi habentes victum tenuem et veſtitū ſimplicem his debent eſſe cõtenti. In dandis autem neceſſariis illa ſemper conſideratio habenda eſt. vt qui plus indiget amplius accipiat / ⁊ nemo qui paucis contentari poteſt de hoc murmuret. Illis autem qui in diuerſis monaſterii officiis conſtituti ſunt/abbas neceſſaria quelibet poteſt concedere/eoſq₃ ad reddēdam rationē ſuo tempore obligare. Nec tñ ꝓpriū ſibi monachi quicq̄ eorum exiſtiment/que ratione adminiſtrationis poſſident/cum ad cõitatem cenobii vel eccleſie oīa pertineant. Quãcūq₃ eñi adminiſtrationem monachus habuerit/ꝓpriū aliquod poſſidere ꝓhibetur. Nam et ipſe abbas cum monachus ſit/vouit et ꝓmiſit paupertatem ex regula Et idcirco nichil ſibi ꝓpriū poterit vendicare. Si autem ꝓprium ſibi vſurpauerit regulam violauit. Neq₃ dicat abbas ſuum aliquid. non codex meus

